

130 EVCLID. ELEM. GEOM.
commensurabiles, aliæ item incommensu-
rabiles; hæ quidem longitudine & potentia;
illæ verò potentia tantum. Vocetur igitur
linea recta, quatacunq; proponatur, ῥητῆ,
id est, rationalis.

6.

Lineæ quoque illi ῥητῆ commensurabiles
siue longitudine & potentia, & siue potentia
tantum, vocentur & ipse ῥητάι, id est, ratio-
nales.

7.

Quæ verò lineæ sunt incommensurabiles
illi τῆ ῥητῆ, id est, primo loco rationali, vo-
centur ἀλογοι, id est, irrationales.

8.

Et quadratum, quod à linea proposita de-
scribitur, quam ῥητῆν vocari volumus, voce-
tur ῥητόν, id est, rationale.

9.

Et, quæ sunt huic commensurabilia, vocen-
tur ῥητά, id est, rationalia.

10.

Quæ verò sunt illi quadrato, ῥητῶ (scilicet,
incommensurabilia, vocentur, ἀλογα, id est,
furda, siue irrationalia.

11.

Et lineæ, quæ illa incommensurabilia de-
scribunt, vocentur ἀλογοι. Et quidam si illa
incommensurabilia fuerint quadrata, ipsa
eorum altera vocabuntur ἀλογοι lineæ, quòd
si qua-